

vitam, cardinales predictos in³⁰ palacio³¹ Lateranensi³¹ prefato³² adeo coartavit, quod contra voluntatem et repugnanciam maioris et sanioris partis collegii obturatis quibuslibet foraminibus muratisque fenestris altissimis, per quas solum animal³³ pennatum apertis remanentibus³³ ingredi poterat ad conclusos, multa et dura fecit personaliter instans³⁴ cohertionis³⁵ et coactionis operibus, per³⁶ que³⁶ nonnullos ex ipsis cardinalibus provocavit et se suspectum eis reddidit et pariter odiosum. Credensque per cohertionem huiusmodi habere summum pontificem forsitan sicut vellet, non incedens per viam regiam sinistram declinavit in partem. Post octo namque dies, quando³⁷ subtractis³⁸ cibariis panis et aqua tantum debebant³⁹ secundum predictam constitutionem Gregorii cardinalibus omnibus in reclusorio ministrari, cardinales Gallici diversitatem ciborum ac varietatem potuum⁴⁰ latenter⁴⁰ in habundantia per ministros regios porrectorum gula stomachante fastidiunt. Tunc sane dominus⁴¹ Iohannes⁴² Gaietanus⁴³ sancti Nicholai⁴⁴ in carcere Tulliano⁴⁵ dyaconus cardinalis, Argus et argutus in ecclesia dei, omnisque⁴⁶ ipsius cardinalis sequela contra⁴⁷ regem Karolum non immerito causam et materiam⁴⁸ conceperunt odii et rancoris pro eo, quod erga constrictos reductosque infra murorum ambitum⁴⁹ compulsu⁵⁰ inequali et impari⁵¹ superbe non minus regere⁵² se studebat.

Demum ille, cuius dextera beatum Petrum⁵³ ambulante in fluctibus ne mergeretur erexit, non passus longe vacationis ecclesie sue sancte⁵⁴ dispendia⁵⁴, qui voluit esse dei mediator et hominis, discrepantes dominorum cardinalium spiritus⁵⁵ ad illius⁵⁶ reduxit monocordium⁵⁷ unitatis, quod propere⁵⁸ nimis, ultra quam tunc credi posset, dominus Octobonus⁵⁹, sancti Adriani dyaconus cardinalis, ad summi⁶⁰ apostolatus⁶⁰ apicem, consulto prius rege a cardinalibus Gallicis⁶¹ preter ius et consuetudinem, concorditer evocatus⁶² mutatoque proprio nomine vocari voluit Adrianus. Hic pro eo, quod estiva tempora immi-

30) im C 31-31) pallatio Laterani V 32) so VC und (auf dem Rand) P, wo im Text unkorrigiert predicto stehen geblieben ist 33-33) per aditum remanentibus apertis V 34) adstans V 35) choercionis C 36-36) prave C
 37) ipsi P 38) subtractis VC 39) debebat VC 40-40) petulanter C 41) dictus C 42) Io. C 43) Gaetanus V 44) Niccolay V, Nicholay C 45) Tullianum C 46) folgt nochmals omnisque V
 47) contram C 48) maceriam C 49) fehlt V 50) compulsos V
 51) imperari C 52) regem C 53) P. C 54-54) sancta stipendia P
 55) semper C 56) alius V 57) monacordium V 58) Christe (xpe gekürzt) C 59) Octobaonus V, Octobonis C 60-60) summum adpolutatus C 61) Galicis C 62) evocatur VC